

nostri reges atque imperatores circa res et utilitates Herueldensis ecclesie statuerunt atque firmaverunt. Nos pariter confirmamus et, ut eadem apud posteros quoque rata et inconvulsa in perpetuum permaneant, commendamus cunctis in regnum nostris successoribus omnibus simul Christi fidelibus.

Adelberhtus cancellarius vice Rûthardi Mogontini archiepiscopi et archicancellarii 5 recognovit.

## 25.

*Graf Ludwig von Thüringen eignet mit seiner Gemahlin Adelheid, seinem Vetter Konrad und ihren (Ludwigs und Konrads) Söhnen, sowie mit Berchtrada, der Mutter Konrads, dem Kloster Reinhardtsbrunn die Kirche zu Sangerhausen zu.* Erfurt, 1110 Juli 25. 10

*Hdschr.: Kopial Perg. Reinhardsbr. R R I. 18 (Saec. XV.) fol. 262<sup>b</sup>.*

*Gedr.: Schannat, Vind. litt. 1,111. Eccard, Hist. geneal. 322. Thur, sacra 68.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus in unitate fidei viventibus Christique misericordiam prestolantibus notum sit, quod comes Ludowicus cum nepote suo Conrado comitis scilicet Berngeri filio una cum uxore eiusdem domini Ludowici Adil- 15 heida ac filiis eorundem Her[manno], Ludowico, Heinrico, Conrado dominaque Berchtrada comitis Conradi matre ob amorem domini et salvatoris nostri Iesu Christi tradiderunt monasterio sanctissime dei genitricis Marie sanctique Iohannis ewangeliste in Reinherisbrunno ecclesiam cum omnibus suis appendiciis in villa, que dicitur Sangerhusen, constructam ea videlicet condicione, quatinus pro se suisque debitoribus vivis et defunctis 20 omnibus nec non et pro parentibus suis in eodem loco Sangerhusen sepultis oraciones sedule domino dirigantur utque, secundum quod possibilitas et ordinacio dictaverit, abbatis iuge dei servicium a monachis secundum regulam sancti Benedicti viventibus ibidem frequentetur, ita tamen ut res, que nunc in presenti collate viderentur sive in posterum oblatione fidelium conferuntur, non abbas, non advocatus, non persona quelibet potens aut 25 impotens distrahat, non alicui beneficiet, sed fratribus inibi deo servientibus illesa permaneant. Acta sunt hec in Erpsfurt in capella sancti Egidii confessoris anno dominice incarnationis mcx, indictione tercia, viii. kalendas augusti, feria tertia, presentibus abbatibus venerabilibus domino Ernesto Reginherisbrunnensi, domino Burckardo de Monte sancti Petri, his quoque astantibus testibus Erwino scilicet comite de Thonna, domino 30 Henselino de Ballnhusin, domino Gerhardo fratre domini Theoderici, domino Hermanno de Wondesberg, domino Gerhardo de Wilherstede, domino Bebone de Spira, Gerhardo de Erpsfurt, ex clientibus autem domini Ludewici Adelberto de Helingen, Gerhardo de Molverstet aliisque pluribus.

## 26.

35

*Kaiser Heinrich V. bestätigt dem Kloster Camaldoli die Immunität. — Intervenient: Graf Hermann von Sachsen.* Forlimpopoli, 1111 Mai 2.

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Florenz. S. = Breßlau, Heinrich V. 1.*

*Gedr.: Mittarelli Annal. Camaldol. 3, append. 227. Stumpf 3055.*

— — causa dei et ob dilectionem beatę Marię virginis et pro salute nostra 40 tam presenti quam futura nostrorumque parentum digno interventu Frederici Coloniensis